

czehin grosschin, acht hüner eyn schog eyer) — in aller weiße mosse forme vnnnd vietriefft obir alle holzzer, alczzo dy Petir von Canicz meyn vettir vnnnd vorfarn gekoufft vnnnd besessen hot, für 404 Schock Groschen verkauft hat, der ich von seinen gnaden gancz vnd gar gnuglich bezalt byn yn sulchir weiße, alz nemlichin mit dem dorffe gnant Leckow (*Wüstung, zu Zschorna gehörig*) yn der Wurzenischen pflege gelegen, dorynn funff schog vnnnd funff großen jerlichs czinss, ye eyn schogk vor acht vnnnd czwenzig schog angeschlogen; dorubir mir seine gnaden an bereitem gelde czweehundirt eyn vnnnd sechzig schog grosschen vnnnd vierzig grosschin gegeben hat, das do alles zusammen gerechent macht yn der summa vierhundirt vnnnd vier schogk —. Gegebin — am nehisten montage noch Bartholomei des heiligen czwelfboten.

Nach einer Abschrift in Grundmann cod. dipl. ep. Misn. VIII. 4003.

No. 1095. 1467. 2. Oct.

*Der apostol. Legat B. Rudolph von Lavant ertheilt dem Dominicaner Heinr. von Schlestadt Lector der Theologie und den von diesem zur Mitwirkung berufenen Prälaten und Geistlichen in der O. und Niederlausitz und Theilen der Markgrafschaft Meissen [in der Meissner Diöces] unter Einschaltung der päbstl. Bulle vom 15. Mai d. J. (No. 1089) ausgedehnte Vollmacht, das Kreuz gegen K. Georg von Böhmen zu predigen und unter Ertheilung eines ausgedehnten Ablasses Geld zu sammeln.*

Rudolphus dei gratia episcopus Lavantinus sacrosanctae sedis apostolicae in Bohemiae et Poloniae regnis ac ceteris Almanniae partibus cum potestate legati de latere legatus missus religioso in Christo nobis sincere dilecto magistro Henrico de Slestadt, ordinis fratrum praedicatorum sacrae theologiae lectori et quibuscunque praelatis ac ecclesiarum plebanis seu eorum loca tenentibus et verbi dei praedicatoribus aliisque secularibus et regularibus presbyteris ubilibet in superiori et inferiori Lusacia et partibus marchionatus Misnensis per te deputandis et eorum cuilibet in solidum salutem in domino, et in commissis diligentiam debitam adhibere. Noveritis quod pridem sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia papa secundus inter cetera nobis quandam bullam facultatis pro debita et felici executione sententiae diffinitivae per suam sanctitatem contra Georgium alias Jersicum de Constadt et Podieprat regni Bohemiae occupatorem, suis culpis demeritis et rebellione exigentibus iusto iudicio promulgatae, sanctam crucem et plenarias indulgentias pro pugnantibus mittentibus vel ad hoc contribuentibus contra ipsum Georgium haereticum et alios haereticos et eis adhaerentes praedicandi et praedicari faciendi, nec non Christi fideles monendi et requirendi, cum principibus et fidelibus ipsis de modo et ordine debita executionis tractandi agendi et concludendi transmisit et specialiter destinavit, prout haec et alia nobis commissa in ipsa bulla — plenius continetur: Paulus episcopus etc. Considerantes pro debita et felici executione sententiae etc. (No. 1089). Datum Romae apud s. Marcum anno dom. inc. M.CCCC.LXVII. Idus Maii pont. n. anno tertio. Cum autem nos ad praesens diversis in rebus fidei occupati plurimum sumus, de legalitate probitate et integritate tuis confisi te ad nobiles homagiales civitates et Christi fideles sex civitatum et Lusatiae ac partium Misnensium duximus destinandum atque mittimus et destinamus per praesentes, dantes